



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Petri De Dusburg, Ordinis Teutonici Sacerdotis, Chronicon
Prussiae**

Petrus <de Dusburg>

Francofurti ; Lipsiae ; Regiom. Pruss., 1679

Cap. LXXXVII. De Praenosticis hujus Belli.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11850

PARS TERTIA

194

*Poppo de Osterna VI. Magister Gen. Ordinis Teut.
Hartmannus de Grunbach V. Mag. Prvinc. Prusiae.*

ANIMADVERSIONES.

- (a) Chron. Germ. in 4. M.S. habet Schenkel von Bentheim. Forsan legendum est Stenkel von Bentheim/ quæ conjectura est Nobilissimi Dn. Zameli.
- (b) de dextrariis vide quæ notavimus ad cap. 102.

CAP. LXXXVII.

Prænosticis hujus Belli.

Fuit in partibus Almanniæ quædam vitæ Sanctæ mulier in quodam (a) reclusorio, quæ audiens dæmonum multitudinem cum magno strepitu & fragore præcedere cellam suam, adjurans ipsos quæsivit, quo tenderent, qui dixerunt: Versus Prusiam. Ibi cras erit grande bellum. Respondit ipsa, dum redieritis renunciate mihi, quid ibi sit actum. Qui reversi dixerunt, quod Christiani perdidissent victoriam & quod omnes animæ quarum corpora ibi occisa fuerunt essent salvatæ, præter tres, quæ non devotionis tantum sed exercendi malitiam suam venerunt ad hoc bellum.

ANIMADVERSIO.

- (a) Supra cap. 82. nominat inclusorium.

CAP. LXXXIX.

Morte plurium Peregrinorum.

Eodem anno Comes de Barbye venit in Prussiam cum multa militia, & intravit terram Sambia: post cujus depopulationem Sambitæ congregati invaserunt eum in die B. Agnetis Virginis

